

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA

DE

MYRMECIASI

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE MAGNIFICI DOMINI PRÆ-
SIDIS ET DIRECTORIS, SPECTABILIS DOMINI DECANI,
NEC NON CLARISSIMORUM DD. PROFESSORUM. PRO
DOCTORIS MEDICINÆ LAUREA RITE OBTINENDA IN
ALMA AC CELEBERRIMA REGIA SCIENTIARUM UNIVER-
SITATE HUNGARICA PUBLICÆ DISQUISITIONI

SUBMITTI

JOSEPHUS OPRA

TRANSYLVANUS.

In Theses adnexas disputabitur in Palatio Universitatis
maiori, die Augusti.

PESTINI, 1834.

TYPIS LANDERERIANIS.

ILLUSTRISSIMO DOMINO COMITI

EMERIGO KORNEŠ

DE
GÖNTZ RUSZKA.



VIRO
HUMANITATE MANSVETUDINE
CULTURA AC MERITIS
CONSPICUO
IN TESSERAM
ANIMI GRATI
HAS LABORUM PRIMITIAS
SACRAS VULT



AUCTOR.

Myrmecciasis, Bizserkór, Kriebelkrankheit a fornicationis subcute sensu post Cel. Svediauer passim sic appellata, ab aliis alio nomine insignita fuit; ita Linnéus et Cullen vocant raphaniam, Seauvagé's necrosimustilagineam, Baldinger et Sprengel convulsionem cerealem, Plouquet myrmecismum seu fornicationem, Darwin convulsionem dolorificam, Jos. Frank morbum cerealem, Galli ergotismum.

Raphaniae nomen Linnéus morbo indidit, quem ex seminibus raphani raphanistri secali admistis venire credidit. At semina haec tanta vix praestant, et a multis illorum, qui myrmeciasi laborarunt, haec semina non esse assumpta constat, quare nomen istud minus quadrat.

Definitionem morbi diversi diversam dederunt.

Cullenio est articulorum contractio spastica, cum agitatione convulsiva, dolore violentissimo periodico.

P. Frank difinit: morbus convulsivus, cum fornicatione subcute, cum articulorum contractione spastica, agitatione membrorum convulsiva et cum dolore articulorum nunc periodico, nunc anomalo.

Cel. Bene est morbus ut plurimum epidemicus, per qualitates pravas cerealium inductus, cuius symptomata praecipua sunt fornicatio molesta, neuralgia, praeterea convulsiones universales diversae formae, et saepe gangraena, necrosis extremitatum.

Morbus hic iam antiquissimis temporibus. anno scilicet 915 in Gallia regnare est visus. Olim sub ignis S. Antonii nomine describebatur. Saeculo XVI., XVII. in Germania et Insubria saeviebat; maximam tamen medicorum attentionem saeculo XVIII. excitavit in Gallia, Germania et Russia late extensus. In Anglia nondum observatus. In Hungaria et Transylvania iam saepius semet exhibuit.

Symptoma morbi per constitutionem individualem aegri, per influxus alios noxios simul praesentes, imprimis per genium epidemiae regnantis diversis subiacent modificationibus. Duae ab auctoribus distinguuntur morbi formae: Myrmeciasis apyreta et febrilis.

Myrmeciasis apyreta per C. P. Frank vocatur chronica, quia per septimanas plures; imo subinde menses excurrit; vocatur etiam morbus cerealis convulsivus seu convulsio cerealis, quia in hac specie myrmeciasis convulsiones semper adsunt, symptoma pathognomicum constituunt.

Incipit haec Myrmeciasis cum dolore spinae dorsi, ac dedolatione artuum dolorifica, dolore capitis gravativo, dolore regionis epigastrii quibus prodromis per pauciores aut per plures dies aegrum divexantibus evolvitur morbus gravior, scilicet: quam primum aeger aliquid ingerit, illico corripitur anxietate nimia, pectoris oppressione magna, dedolatione artuum notabili, voluntatis in musculos imperium prouti in apoplexia supprimitur, adeo ut aeger corruat. Confundi tamen cum ea non potest, cum hic conscientia sui diu remaneat, ac non nisi tardius aucta dolorum atrocitas deliria compareant, symptomata febris tantum obscura animadvertuntur; calor enim animalis vix est mutatus, pulsus arteriarum non est frequentior, imo tardior, eius tamen praesentiam testari videntur debilitas, de liria. etc.

His ita semet excipientibus aeger corripitur convulsionibus iam clonicis, iam tonicis saepe iis choreae s. Viti similibus: quibus aegro sibi conscio, per unam alteramve horam perdurantibus, serius remittentibus ac cessantibus, aeger iacet inquietus, nimium languidus, pallidus, incidit in somnum, e quo excitatus persentit in cute formicationem illam peculiarem ac si formicae copiosissimae infra cutim grassarentur; simul torquetur fame nimia, adeo, ut quidquid arripiat, devoret, si manibus non valeat, ore, more animalium captitat cibos. Post ingesta experitur gastralgiam, capitis dolorem obtusum, nauseam, vomituritionem, imo et vomitum, quo saepe praeter ingesta, mucum copiosum bilem et vermes uti ascarides lumbricoides. saepius ascaridem trichocephalum egerit.

In epidemia, contra quam medici Marburgenses consilia proposuerunt, cuiusque extractum dederunt Leidenfrost et Wichmann, fames fuit nimia, cibi ingesti non nocuerunt; a severiori vero abstinencia diarrhoea largior, pariculosa, vesiculae, ad pedum digitos sine fructu comparentes, cadaverum citior putredo est observata.

Taube inter periculosissima numerat symptomata, ubi violens subito invasit sine sensu fornicationis fames, cum coecitate, vertigine, incurvatione articulorum, digitorumque, aquorum extensione levamen perceperunt aegrotantes, sudore artuum frigido, sputis sanguineis, siti magna et anxietate perpetuum ingestum aucta, alvo diarrhoeica, urina guttatim cum nixu missa, convulsione universali, somno multo, sed non reficiente. Cadavera etiam cito putrescere observabat; cuidam maculis ad cutem consperso mucus foetens naribus manabat.

Sub toto morbi decursu corpus langvet, propensio in somnum est magna, is tamen brevis, inquietus, terrificus est. Insultus spasmodici initio omni altero die, dein quotidie et sub morbi ulteriori incremento pluribus per diem vicibus recurrunt. Morbus excurrit per septimanas 4. 5. 6. imo per plures etiam menses; interea corpus emaciatur, status paralyticus accedit et aeger exstingvitur.

Myrmeciasis acuta seu febrilis non essentia, sed tantum forma a priori differens, dicitur etiam necrosis cerealis; morbus crealis, gangraenescens, v. gangrenosus, quia in hac specie symptoma pathognomicum est gangraena, vel necrosis extremitatum. Praegressis per aliquot dies dedolatione artuum, cephalaea gravativa dolore regionis epigastricae et abdominis, nauseaque, evolvitur febris cum horripilatione, quam excipiunt frigus validum diu durans dein calor animalis exaltatus, intensus, continuus, cum cephalaea vehementi, siti intensa, lingua arida, quibus non raro deliria, convulsiones semet associant; alvus ut plurimum obstipa est. Accusant praeterea sensum fornicationis molestum, dolores extremitatum atroces, post paucos dies symptomatibus febris continuo incrementibus; abdomen meteorice intumescit, comparent vesiculae, carbunculi, at-

que extremitates, prius summe dolorificae, redduntur insensibiles, frigidae et gangraena evolvitur, subinde humida, ita ut ichor foetidus partes molles usque ad ossa corrumpens secernatur. Frequentius tamen observata est gangraena sicca, necrosis dicta, per quam separantur initio partes molles usque ad ossa, dein articuli minores digitorum pedum et manuum, dein maiores, saepe integra membra et sic aeger sibi relictus emoritur intra 7 dies usque 3 septimanas.

Morbus hic descriptus secundum observationes omnium Auctorum tantum tempore defectus cerealium, vel iis ob iniurias tempestatum peculiare subeuntibus morbosas degeneraciones observatus est, ut plurimum inter pauperes, nulli aetati, nulli sexui parcens.

Causae excitantes a variis variæ adnotatae sunt. *Aplurimis.*

Secale cornutum, hung. *rosannya*, germ. *Mutterkorn*, secali genuino maiori copia admixtum vel maxime est accusatum. *Secale* vero cornutum ex degenerantibus, secalis genuini granis nascitur, quae sub aestate humida frigidaque ad duplam magnitudinem excrescunt, velut uncata, unguam avium curvitate referentia, diffracta farinam largientia, aut albissimam amylo similem aut potius minus albam flavescens, odore ac sapore acrem, multum acidi saccharini largientem, mucilage ac glutine nutriente orbatam ab animalibus, nisi plurimum esuriverint, repudiatam.

Lentin secalis cornuti ex granis secalinis originem ita explicat, ut grana secalina, ubi succum lactescentem habere incipiunt, a scarabeo solstitiali laesa, succum suum dimittant, magis excrescant atque solis, aeris etc. actione colorem nigrum contrahant.

Usus panis e tali farina producti, ut experimenta in Gallia a Pessié instituta probavere, necrosim caerealem producere potest. Farina enim e secali multo secali cornuto impregnata longiori tempore gallinis et porcis incibus exhibita, gallinis vertiginosis factis alae gangraenosae ceciderunt, porcis vero vertiginosis quidem non factis aures interdum et cauda, serius licet quam alae gallinis, gangraenosae secesserunt.

Recentiori tempore Cel. Orfila ut refert in sua *Toxicologia classica*, experimenta cum secali cornuto in-

animalibus instituit et venenatam eius indolem extra dubium posuit. Ex experimentis his a. C. Lorinser Bero-
lini iteratis vicibus repetitis ultro elucet, a secali cornuto in hominibus et animalibus, nauseam, gastralgiam, enteralgiam, vomitum, diarrhoeam, Cephaleam Convulsiones causari, adeo ut de venenata secalis cornuti indole nullum dubium subversetur.

Multi tamen cum Cel. Joanne Petro Frank Myrmeciasim magis ex nutrimenti defectu, quam ex deleteria secalis cornuti indole pendere putant; frumento enim quod multum secale cornutum habet admistum, parum inest nutrimenti unde fit ut qui solo pane, ferculisque vivunt farinaceis, solitam ciborum quantitatem assumentes, non nutriantur satis. Probari haec sententia videtur, quod Myrmeciasis inter pauperes maxime saeviat. Tali ratione Neapoli ex farina per fermentationem corrupta, hinc vi nutriente orbata, scorbutus, febresque asthenicae graviores sunt observatae. Accedit, quod Medici Marburgenses non accusarint secale cornutum, sed summam ciborum penuriam, pravitatem — quod epidemia cellensis a secali cornuto, quod vix adfuit; repeti nequeat. — Quod in Orphanotrophio Mediolanensi, in quo 1795 ex 260 infantibus, 60 brevi intervallo myrmeciasis sunt adfecti, quorum plurimi sunt mortui, reliqui graviter eluctati, accusari non possit secale cornutum cum panis exhiberetur triticeus, sed pessime paratus a teneris non digerendus. Vide Petrum Mowcati über die kriebelhafte Krankheit im Waisenhaus zu Mayland. Wien. 1796.

Quali ratione secale cornutum causam myrmeciasis sistat: decidere haud est facile — hoc tamen constat id modo ob nutrimenti defectum, modo labe venenata nocivum esse. Curandum ergo erit Magistratui, ut si maiori copia intersit a secali sano separetur; separari vero potest ope cribri sic instructi, ut nonnisi grana secalina, utpote minora, transeant, aut agitatione in molendina manuali, qua secale cornutum ac genuinum vento agitata ob diversam gravitatem diversis in locis fundum petunt.

Neque tamen secale cornutum unicam causam excitantem morbi huius nervosi semper constituit; secundum observationes C. Linnéi idem productus fuit in Sve-

cia a Raphania, raphanistro maiori quantitate cerealibus mixto.

Alii inter causas myrmeciaëis numerant Semina Bromi multiflori, vitiosi Rozsnok. Gänshäfer. Trespe. Lolii temulenti Széditő Vadócz. Taumelloch. Agrostematis Githaginis Vetési Konkoly Raden. Rodel. Nigallae sativae Szörös Kandilla Acker kümmel. At haec semina C. Petr. Frank minus nocere putat, viquadam venenata, quam quod secali maiori quantitate admista, vim huius nutrientem imminuat, unde laedi debeant, qui multa farinacea assumunt, cum ex solita ingestorum quantitate nutrimenti satis capere nequeant. Excipiendum et illi videtur Lolium temulentum, quod recens in systema nervosum opii instar agit, atque Cardialgiam, vomitum, Cephalaeam, vertiginem, sensuum obaubilationem, stuporem tremorem, debilitatem, frigus extremitatum, paralytin convulsionem, maniam, Coma, apoplexiam inducere est visum. Vide Sprengels Pathologie. Band 1. §. 762.

Vegetabilia item alia: spinachia, brassica, etc. quibusdam annis suspecta sunt. Illapso enim rore melito, alliciuntur Aphides (Blattläuse), quae fors ipsae nocent: forte quod plantas laedant, quae magnam sacharini principii quantitatem excernentes contabescunt, vi nutriente orbatae. — Fungi quam multa, quamque acerba non raro excitarunt mala. Secale quodcumque nocere potest messe maturiori collectum et coarvatum; etenim cibum largitur glutinosum difficilius subigendum, aut fermentatione corruptum vi nutriente orbatum; accedit et hoc quod tempore talis caristiae divesa corpora secus in cibum nunquam ad hiberi solita, arripiant egeni et ventriculo ingerant. Per alimenta haec incongrua, per animi moerorem, desperationem, accedente non raro et atmosphaerae constitutione epidemica minus salutaris organismus humanus peculiari modo abnormis redditur, status quidem dynamico organico digestionis, et chilificationis prius perturbatur, sed deinde et sanguinis conditio abnormis redditur atque sic et systema nervosum peculiari modo in statu suo dynamico organico mutatur et deinde phaenomena morbi singularia iam acuti iam chronici comparent.

Myrmeciasis febrilis faventibus adiunctis etiam contagiosa fit, et tum instar typhi ultra propagatur; talis in Transylvania et Hungaria ante aliquos annos saeviebat, et multa centena hominum enecuit.

Prognosis. Myrmeciasis perfecte evoluta morbis periculosissimis adnumeratur, per autocratiam naturae rarissime sanandis.

Myrmeciasis acuta multo periculosior quam apyreta. Illa communiter intra 7 dies, ad summum intra 3 septimanas decurrit, adnotante Cel. Sprengel exitu ut plurimum infausto, quum morte etiam elusa, paralysis aut gangraena extremitatum remaneat.

In Provincia Sologniensi ex 120 aegrotantibus vix 5 salvabantur. — Interim adhibita solerti therapia rationali non pauci sanitatem recuperant. Bonum hunc exitum praesagiunt evacuationes criticae: vomitus, diahoea, quibus non raro evacuantur ascarides Inubricoides. Praecedunt etiam evacuationes salivae, ptyalismus, frequenter sudor universalis, miliaria psudraciae, furunculi, abscessus metastatici et sanitas optata revertitur. Interdum praecedente voracitate recrudescit malum. Recidivae ut plurimum sunt periculo iunctae.

Tetanus, linguae resolutio letifera sunt symptomata.

Agrypnia rebellis diurnitatem mali prodit, facilemque in epilepsiam transitum.

In genere etiam morbo superato reconvalescentia est longa; non pauci in tetanum, epilepsiam, tabem, hebetudinem, paralysisin, sensuum iacturam coniciuntur; etenim vertigo, amblyopia, coecitas, tinnitus aurium, debilitas muscularis permultis remanent.

In Cadavere diversa reperiuntur phaenomena. Putredo citissime evolvitur, in cuti maculae gangraenescentes conspiciuntur; in cavo cranii, ac specu vertebrarum serum morbose collectum reperitur. In cavo pectoris saepe extravasatum cruentum; cor flaccidum, vacuum in vasis maioribus, sanguis bili similis apprehenditur. In visceribus cavo abdominis inclusis signa praegressae inflammationis, maculae lividae gangraenescentes reperiuntur.

Therapia morbi duplici absolvitur curandi modo: prophylactico et therapeutico.

Prophylactica cura evolutionem morbi impediendo, quod Magistratui incumbit, absolvitur, cui omnium maxime curandum erit, ut cives omnes panem semper sufficientem et bonum habeant, quod per solertem agriculturae promotionem et providam cerealium conservationem obtinebitur.

Messis maturior, quam saepe suscipiunt pauperes saepeque luunt, prohibenda. Cercalium aliis plantis venenatis vel minus nutrientibus inquinatum citra debitam ex his purgationem in farinam conversio interdicitur. Sub annonae caritate pistoribus invigilandum habet Magistratus, panem ne vendant aut pravam aut adulteratum.

Ut messis, ita vindemia hominum arbitrio non est permittenda, nam immaturae si colligantur uvae, vinum obtinetur austerum, intestinis inimicum.

Homines de probabili myrmeciasis contagiositate praevidere informandos habeunt medici. Vestimantium lectique mutuum usum ac multorum in angusto loco congeriem disvadendo, munditiam, frequentem habitaculorum eventilationem tanquam summa sanitatis requisita commendabunt.

In cura therapeutica Indicationem a statu dinamico totius organismi, imprimis tubi intestinalis desumimus.

In Myrmeciasis acuta febrili, secundum observationes per medicos Gallos in Provincia Sologniensi factas, character febris fuit inflammatorius, ita ut ad pericula morbi arcenda sanguinis evacuatio fuerit necessaria. Hunc tamen characterem morbus non semper habet, imo in epidemia 1770 ac 71 late per Germaniam extensa, testantibus observatoribus summis Wichmann, Lentin et Taube venaesectio aliquot aegris instituta summe periculosa fuit; caractere morbi in genere asthenico licet praesente stimulantia et roborantia quoque minus conducebant, sed evacuatio saburrae partim ab ingestis, partim per secretionem morbosam ortae; praesentaneum erat remedium plurimis in casibus emeticum erat indicatum insultu spasmodico superato optimo effectu porrectum.

Exhibita est Ipecacuanha Tartaro emetico iuncta, vel Tartarus emeticus solus, sed dosi maiori; obventriculi enim sensibilitatem in hoc morbo imminutam

iuxta Wichmann et Taube Tartari emetici Scrup. semis atque unum porrigi debuit, donec emesis sequeretur.

Referente Jos. Frank in Russia subinde 40 grana Tartari emetici in hoc morbo sunt exhibita, donec vomitus desideratus sequeretur.

Diarhoea fors praesens emeticorum usum apud Taube non exclusit, et aucta denuo symptomata gastrica cum fame canina iterationem eorundem expetebant.

Emetica non semper sufficiunt ad saburram e tubo intestinali eliminandam, sed necessaria sunt et alvum purgantia. Taube in hunc scopum salis amari uncj. s exhibuit, interdum ad mucum tenacem incidendum sub vesperam mercurium dulcem ingessit, et mane sequenti Jalapam subiunxit. Ubi vermes subesse videbantur in Valeriana, seminibus Santonici etc. opem quaesivit.

Evacuatio saburrae in plurimis aegris necessaria ad curam perficiendam sola non sufficit, sed ad statum cachectico nervosum cum debilitate connexum saburris etiam evacuatis ut plurimum praesentem remedia stimulantia iam blandiora iam fortiora pro intensitate morbi erunt seligenda. Taube factis evacuationibus volatilia dedit cum aceto ammoniacali, syrupo iuniperi etc. Maiores Camphorae doses, pulveres ex calamo aromatico et Zingibere Helenio, Valeriana, Serpentaria virginiana, Alkali volatile et sub convulsionibus maioribus Asa foetida et Moschus satis ipsi conduxerunt.

Ubi aeger doloribus vehementissimis vexaretur Opium, in morbo acuto febri silente ad debilitatem residuam sufferendam cortex peruvianus conduxit.

Artubus contractis dolentibus Spiritum vini camphoratum Linimentum volatile infricuit, interdum ab inuncto Spiritu terebinthinae calefacto stuporem artuum vidit superatum, quem tamen sensibilior quorundam cutis non fert. Balneis item tepidis dolores artuum vidit mitigatos.

Ubi signa torporis maioris, paralyseos se manifestant synapismi, vesicantia; ubi gangraena se insinuat fomenta partim aromatica, partim adstringentia e Decocto quercus, infuso radicis Acori, herbis aromaticis solutione Aluminis, Vitrioli martis, Acido pyrolignoso adhibenda erunt.

In omni casu praeter pharmaca casui individuali accomodata tam sub ipso morbo, quam hoc superato vitae regimen conveniens, ut plurimum roborans, commendatur.

Auctores circa myrmeciasin consulendi sunt :

Linnéus *Diss. de raphania*. Upsaliae 1763.

J. E. Wichmann *Beiträge zur Geschichte der Kriebelkrankheit in Jahre 1770*. Leipzig u. Celle 1771.

J. G. Leidenfrost. *Diss. de morbo convulsivo epidemico Germanorum caritatis annonae comite*. Duisburg 1771.

H. M. Mercard: *von einer der Kriebelkrankheit ähnlichen Krampfsucht, die in Stade beobachtet worden ist*. Hamburg u. Stade. 1772.

Lentin *Beobachtung einiger Krankheiten*. Göttingen. 1774.

J. Taube. *Geschichte der Kriebelkrankheit, besonders derjenigen, welche 1770 und 1771 in den Cellischen Gegenden gewüthet hat*. Göttingen. 1782.

C. G. Gruner *programmata, responsa facultatis medicae Marburgensis de convulsione cereali epidemica*. Jenae. 1792—3.

L. P. Schröter, *Bemerkungen über das Mutterkorn und was dabei in Absicht auf die Gesundheit zu beobachten*. Rinteln. 1792.

P. Budetzius *Diss. de Convulsione Cereali*. Vienne. 1814.

C. J. Lorinser *Versuche und Beobachtungen über die Wirkung des Mutterkorns auf den menschlichen und thierischen Körper*. Berlin. 1824.

T h e s e s .

1. Morborum plurimorum, aut saltem dispositionis ad eos causa est vita lasciva.
 2. Fluxus haemorrhoidum semper constituit morbum.
 3. Microcosmus non nisi per macrocosmum cognoscitur, prout notio organismi humani cognitionem universi, vice versa multum illustrat.
 4. Therapia composita non semper ignorantiae aut spuriae eruditionis filia.
 5. Lactatio nec pulcritudini, nec sanitati Matris saepe nocet.
 6. Saepe remedium potens ipse Medicus est.
 7. Instinctus verus hiatus medicinae feliciter supplet.
 8. Pulmoni Bruma, hepati aestas infensa.
 9. Autocratia naturae est omnium remediorum Mater.
 10. Dantur tamen casus, ubi conamina naturae insufficientia — ubi periculosa sunt.
 11. Abortus primis graviditatis mensibus procuratus, tanta poena dignus, ac ille, qui seriori tempore fit.
 12. Dantur remedia (certo sensu) specifica.
-

1. The first part of the document is a letter from the Secretary of the State to the President of the United States, dated the 10th day of January, 1800. It contains a copy of a resolution of the Senate, passed on the 15th day of the same month, relative to the appointment of a Minister to the Kingdom of Prussia.

2. The second part of the document is a copy of a letter from the Secretary of the State to the President of the United States, dated the 10th day of January, 1800. It contains a copy of a resolution of the Senate, passed on the 15th day of the same month, relative to the appointment of a Minister to the Kingdom of Prussia.

3. The third part of the document is a copy of a letter from the Secretary of the State to the President of the United States, dated the 10th day of January, 1800. It contains a copy of a resolution of the Senate, passed on the 15th day of the same month, relative to the appointment of a Minister to the Kingdom of Prussia.

4. The fourth part of the document is a copy of a letter from the Secretary of the State to the President of the United States, dated the 10th day of January, 1800. It contains a copy of a resolution of the Senate, passed on the 15th day of the same month, relative to the appointment of a Minister to the Kingdom of Prussia.

5. The fifth part of the document is a copy of a letter from the Secretary of the State to the President of the United States, dated the 10th day of January, 1800. It contains a copy of a resolution of the Senate, passed on the 15th day of the same month, relative to the appointment of a Minister to the Kingdom of Prussia.

6. The sixth part of the document is a copy of a letter from the Secretary of the State to the President of the United States, dated the 10th day of January, 1800. It contains a copy of a resolution of the Senate, passed on the 15th day of the same month, relative to the appointment of a Minister to the Kingdom of Prussia.

7. The seventh part of the document is a copy of a letter from the Secretary of the State to the President of the United States, dated the 10th day of January, 1800. It contains a copy of a resolution of the Senate, passed on the 15th day of the same month, relative to the appointment of a Minister to the Kingdom of Prussia.

8. The eighth part of the document is a copy of a letter from the Secretary of the State to the President of the United States, dated the 10th day of January, 1800. It contains a copy of a resolution of the Senate, passed on the 15th day of the same month, relative to the appointment of a Minister to the Kingdom of Prussia.

9. The ninth part of the document is a copy of a letter from the Secretary of the State to the President of the United States, dated the 10th day of January, 1800. It contains a copy of a resolution of the Senate, passed on the 15th day of the same month, relative to the appointment of a Minister to the Kingdom of Prussia.

10. The tenth part of the document is a copy of a letter from the Secretary of the State to the President of the United States, dated the 10th day of January, 1800. It contains a copy of a resolution of the Senate, passed on the 15th day of the same month, relative to the appointment of a Minister to the Kingdom of Prussia.